

DIAE DE BARTENORA f) expositione MISCHNAE in locum supra excerptum confirmari et demonstrari potest: hi enim loci rite inter se collati omnia ea, quae de hominibus ad criminis capitalis testimonium ferendum ineptis e MISCHNA allegauimus, in nostram sententiam exponunt.

Verum duo potissimum ex iis, quae enarrauimus, nostra ad negotia multa referre putamus, quibus momentis perspicue ac distincte explicatis unicuique demonstrare possumus, Iudaeos in STEPHANO accusando et condemnando iniustissimos fuisse. Si igitur ea repetamus, quae

אמתי בזמן שהוא מביא עליהן ראיה שהן קרובים  
או פסולים אבל אם היו כשרים אינו יכול  
לפוסלן *Hic testes illius reicit, et ille repudiat huius testes, haec sunt  
uerba Rabbi Meir. Et sapientes dicunt: quando? tempore, quo adducit  
contra ipsos probationem, quod illi sint propinqui, uel ex aliis rationibus ille-  
gitimi, si uero legitimi sunt, pro illegitimis haberi nequeunt.*

- f) Vid. commentarius suus in codicis SANHEDRIN Cap. III. §. 5. fol. cit  
שושבינו רעה בימי חיפתי פסיל לו כל ימי החופה  
לא נחשדו ישראל על כך להעיד שקר משום  
איבה ואהבה וכן הלכה ודוקא בעדות פליגי רבנן  
עליה אבל בדין מורו רבנן הפסול לו לדין דאי רחיים  
ליה אינו רואה לו חובה ואי סני ליה לא מצי  
לאפוכי בזכותיה *Paranympus suus, hoc est familiaris suus in  
diebus nuptiarum ipsius, omnibus nuptiarum diebus illegitimus est ad testi-  
monium scilicet ferendum. Populus Israeliticus propterea non suspectus ha-  
beatur, ut inimicitia uel amicitia ductus testimonium falso perhiberi patia-  
tur. Et ita decisio est. De testimonio ferendo in utraque parte Magistro-  
rum nostrorum subtilis controuersia est; sed in iudicio concedunt Doctores no-  
stri, quod ad iudicandum illegitimus sit. Nam si rei accusari amicus est, non  
uidebit alterius delictum, et si eius inimicus est, alteri remissionem iustitia sua  
non efficiet.*